

tempus, quarum sufficientia hinc sumitur. Omnis quantitas continua est mensura substantiae, aut ergo mensuratur intrinsecè, aut extrinsecè. Mensurare intrinsecè est mensurare substantiam in quo est substantia ipsa quantitas mensurativa, extrinsecè autem est mensurare aliquid in quo non est substantia ipsa quantitas mensurativa, sed per applicationem, aut continentiam mensurat illud, ut exemplificabimus. Si ergo mensuratur intrinsecè, hoc est tripliciter, quoniam aut secundum longitudinem tantum, & sic est linea; aut secundum longitudinem & latitudinem, & sic est superficies, aut secundum longi, & lati profunditatem, & sic est corpus. Si extrinsecè, dupliziter, quia aut mensuratur substantiam ab ea contentam, & circundatam in qua tamen non est substantia, & sic est locus, locus enim, ut tibi manifestabitur in quarto Physicorum continet locatum, & non est substantia in eo, sed in corpore locante; aut mensuratur substantiam ut est sub motu, & sic est tempus, quod non est substantia in omni mobili cuius motum mensurat, sed in primo mobili, id est, primo cælo moto motu tantum diurno, ut tibi manifestabitur in quarto Physicorum. Constat ergo tibi ratio quae species quantitatis continua sunt tatum quinque. Quantitas autem discretae species sunt duæ: scilicet numerus, & oratio, quarum sufficientia hinc sumitur. Omnis quantitas discreta mensuratur substantiam, & habet partes separatae, id est non copulatas ad unum terminum communem, habet ordinatus modo, quo exposuimus suprà. hoc autem continet dupliziter, quia aut illæ partes separatae, licet ordinatae, sunt permanentes, & sic est numerus, aut successiva, & sic est oratio in prolatione.

Posita sufficientia specierum quantitatis continuae, & discretæ, de singulis speciebus agendum est, & primò de speciebus continua, secundò de speciebus discretæ. De singulis autem triavidenta sunt, primò quid sit, secundo quid est quantitas, tertio quid continua vel discreta.

*Tempora quida.* Incipiendo igitur a speciebus quantitatis continuae prout ordinantur, adverte quid linea apud Mathematicos sic diffinitur. Linea est sola longitudine, cuius extrema sunt duo puncta. Dicitur longitudine sola, quoniam imaginatur causari ex fluxu puncti, punctum autem cum sit penitus indivisibile, non potest imaginari fluere nisi in longum, & ideo dicitur quod est sola longitudine, ut distinguitur à superficie & corpore. Dicitur, extrema sunt duo puncta, quoniam cum causetur a fluxu puncti imaginari incipere à punto, & terminari ad punctum. Tu tamen adverte, quod hæc definitio videtur competere soli linea rectæ finitæ, & non circulari, nec infinitæ. Nam in circulari idem punctum est principium, & finis, & infinita caret extremis. Repugnat enim infinitum terminari secundum quod est infinitum, & ideo linea absolute sumpta sic definienda videtur. Linea est sola longitudine fluxu imaginario puncti per longum causata. Quod autem linea sit quantitas per se patet, quia est per se diuisibilis in partes quantitativas, & est mensura substantiae, in qua est. Nam per lineam cognoscitur eius longitudine. Quod vero sit quantitas continua patet ex eo, quod partes sua copulantur ad unum terminum communem, id est idem punctum numero, quod terminat partem precedentem, & initiat partem sequentem.

*Superficie quid.* Superficies sic diffinitur à Mathematico, Superficies est longitudine & latitudine sine profunditate, cuius extrema sunt duo linea. Dicitur longitudine & latitudine, quoniam imaginatur causari ex fluxu linea ad latus, ex linea ergo habet longitudinem, & ex fluxu eius in latus habet latitudinem, & est sine profunditate, ut distinguitur à corpore. Dicitur, cuius extrema sunt duo linea, quoniam sicut linea incipit à punto per longum & terminatur ad punctum, sic superficies incipit à linea, & terminatur ad lineam, & ideo sicut in linea extrema sunt duo puncta, sic in superficie extrema sunt duo linea. Tu tamen adverte, quod hæc definitio non videtur competere, nisi superficie finitæ, sicut etiam diximus de definitione linea. Superficies igitur absolute sumpta, sic videtur diffinienda, Superficies est longitudine & latitudine sine profunditate, causata ex imaginario fluxu linea in latum. Quod autem superficies sit quantitas per se, patet ex eo quod est diuisibilis in partes quantitativas, & est mensura substantiae in qua est. Nam per superficiem cognoscitur substantia longitudine, & latitudine. Quod vero sit quantitas continua patet ex eo, quod partes eius copulantur ad unum terminum communem qui est vna & eadem linea, que est finis praecedentis partis superficie, & principiū sequens.

Corpus autem sic diffinitur apud mathematicum, Corpus est longitudine cum latitudine, & profunditate, cuius extrema sunt duæ superficies. Dicitur longitudine cum latitudine, & profunditate, quoniam mathematicus imaginatur, quod sicut linea causatur ex fluxu puncti in longum, & superficies ex fluxu linea in latum, sic corpus causatur ex fluxu in profundum. Vnde corpus à linea habet longitudinem, à superficie latitudinem, & à protractione superficie profunditatem, & sic corpus ut est species quantitatis est ipsa tria dimensio. Dico ut est species quantitatis, ut excipiatur corpus quod est genus substantium in predicamento substantiae, quod non est tria dimensio, sed substantia subiecta tria dimensioni. Dicis cuius extrema sunt duæ superficies, quoniam ille fluxus sive protractione superficie in profundum incipit ab una & terminatur ad aliam, ideo illæ duæ dicuntur extrema corporis. Tamen adverte quod hæc diffinitione competit corpori finito, sicut diximus de linea & superficie, nam in corpore infinito repugnat dari duas superficies terminatiwas. Vnde corpus ut est species quantitatis absolute sumpta, sic videtur definiendum, Corpus est länge, & latitudo, & profunditas causata ex tractu imaginario superficie in profundum. Quod autem sit quantitas per se, patet ex eo quod omnis dimensio per se sumpta est quantitas, multo magis tria dimensioni simul sumpta. Sed corpus in predicatione quantitatis est tria dimensio per diffinitionem datam, ergo est multo magis quantitas quam linea, & superficies. Quod autem sit quantitas continua patet ex eo, quod partes sua copulantur ad unum terminum communem, quod est vna numero superficies, quæ est terminus partis superioris, & principium partis inferioris, & præterea constat corpus est diuisibilis in partes quantitativas, quarum quælibet adhuc est diuisibilis in partes eiusdem rationis.

Locus, quoniam est de consideratione physici, ut pater in quarto Physicorum, sic diffinitur ab Aristotele in quarto Physicorum, Locus est superficies corporis continentis, & circundatis locatum. Quod autem sit quantitas patet ex eo quod mensuratur locatum, quod est substantia corpora, vt vas, putat phiala mensuratum vinum, & sextario bladum, & faccio farina. Quod vero sit quantitas continua patet ex hoc, quod locutus est superficies, & superficies est quantitas continua, vt docuimus suprà, ergo locus est quantitas continua, tenet & argumentum per regulam antepredicamentalem. Quod alterum de altero p̄dicatur: & nec obstat quin locus sit species quantitatis continua distincta à superficie, licet sit superficies: nam superficies potest duplicitate considerari, primò in quantum est subiectum in continente, & sic dicuntur quantitas continentis eius superficies, secundò in quantum respicit contentum in continente in ratione contenientia, licet non sit in contento subiectum, & sic dicitur locus.

Tempus similiter est de consideratione physici. & sic diffinitur ab Aristotele in quarto physicorum, Tempus est numerus, i. mensura motus secundum prius & posterius: & quoniam sensus huius diffinitionis non est intelligibilis à nouitio in Logica, ideo sustine, donec eruditari in Physicis, quod autem sit quantitas patet ex eo quod est mensura substantiae mobilis ut sit sub motu. Quod vero sit quantitas continua, patet, quia partes sua copulantur ad idem instantem, quod est finis præteriti & principium futuri. Constat igitur tibi quomodo sunt quinque species quantitatis continuae & quid sit vnaquaque earum.

Potest considerationem de speciebus quantitatis continuae agendum est de speciebus quantitatis discretæ. Sunt autem duæ, scilicet numerus & oratio. Numerus est multitudo ordinata aggregata ex unitatibus. Dicitur multitudo, quoniam sola unitas non facit numerum, sicut nec solum punctum facit lineam. Præterea, omnis quantitas est diuisibilis, sed sola unitas non est diuisibilis, ergo, &c.

Dicitur ordinata, quoniam oportet quod in numero unitates consequenter se habeant. Dicitur aggregata, ad differentiationem partium quantitatis continuae, quæ continuantur & non solum aggregantur adiuvicem.

Quod autem numerus sit quantitas, patet ex eo quod mensuratur substantiam. Nam per numerum denarium numeramus decem lapides, & per quaternarium quatuor elementa, numerare autem est mensurare. Quod vero sit quantitas discreta, patet ex supradictis, quoniam partes sua non copulantur ad unum terminum communem, vt docuimus suprà. Quomodo autem distinguatur numerus, mate-